



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber De Prudentia Ivstorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniae Agrippinae, MDCXIV**

Cap. VI. Hortatur ad solitudinem amandam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](#)

Vos ergo filij, ante ortum solis, & ante strepitum filiorum huius saeculi, in thuribulis cordium, amoris igne flagrantium, incensum orationis ponite, & adolete. Et ego vobis in silentio ad me suspirantibus praesto ero: imprimentaque celestia desideria visceribus vestris, quae pre magnitudine consolationis, anhelabunt ad aeterna gaudia, quae vobis preparauit in primogenita ciuitate mea.

## C A P. VI.

*Hortatur ad solitudinem amandam.*

**S**i scirent homines, quam sit amabilis solitudo, quae a iustis queritur, ut gaudeant ibi mecum libertate filiorum Dei, ipsis etiam negotiosi filii saeculi, certis temporibus, iugum mundi proijcerent, & speluncas montium, ad querendam faciem meam, sollicitè peterent. Inestimabilis enim est dulcedo conuersationis, & sapientiae meæ, quam nemo principum huius saeculi cognouit. Non enim potest inter tumultus negotiatorum, abscoditæ suavitatis gustus inueniri. Propter hoc illi pauci sapientes antiqui: quibus dignus non erat mundus,

dus, extra turbas requisierunt me: & in remotissimis desertis dulcissimos spiritus mei fructus comedenterunt. Inter feras, & inter scopulos facilius, quam in medijs urbibus inuenitur sapientia mea. Ibi ad præceptum meum eleuatur anima, sicut Aquila; & in arduis ponit nidum suum, atque in præruptis silicibus commoratur. Ibi contemplatur escam melle dulciorem secretæ communicationis meæ: & affectus eius, quasi Aquilarum pulli lambunt sanguinem meum. Ibi ego loquor ad cor Ierusalem: dicoque verbum absconditum à mundi prudentibus: & quasi furtiuè suscipit auris cordis venas subtilissimi susurrij mei. Ibi ob silentij, & solitudinis opportunitatem, solus ego traho omnes vires animæ post me in funibus noui Adam, & in vinculis dulcissimæ charitatis. Vos ergo filij, exite de Ur Chaldæorum, & Ninuem ciuitatem grandem, certissaltem diebus, relinquite, ac remotum aliquem locum, ubi vobis occurram, eligite. Ne sequamini politica consilia, quibus certissime auertentur corda vestra, & obdura-

c  
u  
g  
r  
p  
e  
l  
b  
b  
p  
d  
c  
d  
f

E  
a  
T  
p  
st  
m

obdurabuntur , ne placeat illis con-  
uersatio mea. Videte quid egerint san-  
cti mei : qui etiam curam animarum  
gerentes, ( ut sine detrimento anima-  
rum suarum, alios saluos facerent) po-  
pulos interdum alijs curandos, per di-  
es aliquot committebant, mihique so-  
li , totis viribus in solitudine vaca-  
bant: & fortiores ad laborem recurre-  
bant. Fugite seruitutem Aegypti, & su-  
per montes Bethel , ad contemplan-  
dam cæli serenitatem ascendite. Cres-  
cite iam, & manducabitis cibum gran-  
dium, & tanquam fideles amicos me in  
deserto sequentes, aqua purissima, &  
suauissimis palmæ fructibus alam,

## CAP. VII.

*Monet recursum ad Deum, contra  
inconstantiam.*

**F**ILII , accedentes ad studium sa-  
pientiæ meæ , scitote inconstantia-  
m periculosa m infirmitatem esse.  
Trahitur hoc malum hæreditate Adæ  
patris vestri, qui per peccatum incon-  
stans factus est. Hæc est conditio ho-  
minis, qui egreditur, & conteritur, &  
F fugit ve-